Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



ysa

ppłos iudicabũt Me insule expectabũt et brachiũ meũ sustine
bunt / Leuate ī celũ oculos vros et videte sub terra deorsum Qa
celi sicut fumus liquescent / et terra sicut vestimẽtũ atteretur / et ha
bitatores eius sicut hec interibũt / salus at mea ī sempiternũ erit
et iustitia mea nõ desinet audite me q̃ scitis iustũ ppłe lex mea
ī corde eorũ Nolite timere obprobriũ hom̃ / et blasphemias eorũ
ne metuatis Sicut enim vestimẽtũ sic comedet eos vermis et
sicut lana sic deuorabit eos tinea / salus aut mea ī sempiternũ erit
et iustitia mea ī generationes generationũ Consurge consurge induere
fortitudine brachiũ dni Consurge sicut diebus antiquis ī generationibus
seculorũ / nũqt nõ tu percussisti superbũ vulnerasti draconẽ Nũqt
nõ tu siccasti mare / aquas abissi vehementis · qui p̃ posuisti psi
dũ maris viã et transierũt liberati Et nũc q̃ redempti sunt
a dno reuertentur et venient ī syon laudantes et letitia sempiterna
super capita eorũ · gaudiũ et letitiã tenebũt / fugiet dolor et ge
mitus · Ego ego ipse consolabor vos Qs tu ut timeas ab homine
mortali et a filio hominis · q̃ quasi fenũ ita arescet · et oblitus
es dni factoris tui / qui extendit celos et fundauit terrã · et formi
dasti iugiter tota die a facie furoris eius q̃ te tribulabat / et
paruerat ad perdendũ Vbi nũc ī furor tribulantis / ecce veiet
gradiens ad aperiendũ et nõ interficiet usq̃ ad interitũ nec
deficiet panis eius Ego aut sũ dns deus tuus q̃ conturbo mare
et intumescunt fluctus eius dns exercituũ nom̃ meũ Posui
verba mea ī ore tuo et ī vmbra manus mee protexi te Vt plã
tes celos et fundes terrã et dicas ad syon ppłe meus es tu
Eleuare eleuare / consurge Ierusalem q̃ bibisti de manu dni
calicem ire eius Vsq̃ ad fundũ calicis soporis bibisti et po
tasti usq̃ ad feces · Non est qui sustineat eã ex omnibus filiis
quos genuit et nõ est q̃ apprehendat manũ eius ex filiis quos
enutriuit Duo sunt q̃ occurrerũt tibi quis condolebit super te
Vastitas et contritio et fames et gladius qs consolabit te
filij tui preteriti sunt / dormierũt ī capite omniũ viarũ sicut orix
bestia illaqueata plena indignatione dni increpatione dei tui